

**Judicium Grave à Domo Dei, Omnibus Templorum,
Processionum, Et Qvorumvis Sacrorum, Dum Irreverenter
& Impie Divinis assistunt, Dehonestatoribus formidandum**

Pragae, 1670

Caput XII. Supplicationum & Processionum profanatores, Suppicio digni.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54878](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54878)

babitur congregatus si à se me ipso cogitationum
evasione dispersus est? Aut quomodo erit
Deus in media cui, si tecum ipse non fueris? Si
deest ille qui poscit, quomodo aderit ille qui po-
scitur? quomodo suscitabitur Index, si dormi-
taverit Advocatus? Opus est itaque ut quod
postularat vocis sonus, obireat sedulitatis affe-
ctus. Revoca introitum sollicitam mentem; de
Templo Dei absentare non expedit Sacerdo-
tium.

CAPUT XII.

Supplicationum & Processionum profa- natores, Suppicio digni.

Quod olim de Gentilium Supplicationib-
us, profanitatem & impietatem illis
exprobans, nervosè pronunciavit Tertullianus
lib. de cultu fœmin. cap. 11. nescio an minus
verè conveniat multis hodie Processiones sa-
cras comitantibus, non tam ut Deo suppli-
ces fiant, quam ut ad nova irroganda suppli-
cia, impiâ illum provocent petulantia. Pro-
pter ipsum conventum, ac murum videre ac
videri, omnes pompe in publicum proferuntur,
aut ut luxuria negotietur, aut gloria insole-
scat. Quid enim? nunquid aliâ causâ ad co-
mitandam supplicationem, quam propter
ipsum conventum & murum videre ac videri,

di-

dices venire eos , qui per totum durantis
pompæ processum , canentibus & Dœo ju-
bilantibus aliis , aliis ardentes ad Deum pre-
ces , sive ex precatorio libello , sive depenso
rosario fundentibus , etiam dum ter vene-
randum Christi corpus circumfertur , etiam
dum publicæ orationes à Clero & Sacerdoti-
bus in humum prostratis dicuntur , ipsi con-
ventum celebrantes , impudentissimè confa-
bulantur , sceleratè corrident , nefariè ca-
chinnantur , & Diabolicâ prorsus impietate
per universam supplicantium processionem
emissarios oculos dispergunt , tantâ procaciâ
& profanitate , ut si quæ magis pudica & ve-
recunda persona est , aut inter turbam à ve-
naticis istorum oculis fese occulere , aut pes-
nitus à supplicatione auferre cogatur . Sed
neque nimium dixit Tertullianus , prodire ta-
les in supplicationibus ne Luxuria negotie-
tur , aut gloria insolecat ; ità enim comptuli ,
ornatuli , delicatuli in pompa conparent , ut
nisi vestium forma aliud diceret , fœminas
singulos putares . O quanta lucra in hac ne-
gotiatione facit Luxuria ! quam multi , &
multæ pudicitiam cum castimonia tunc ve-
num exponunt ! Et ut allicitur emptores ,
omni ornatu , calamistro , & Sodomæo appa-
ratu formam juvant . Unde non aliter huic
a nefariis nundinatibus concorrigit , quam

ad forum ; advertentibus videlicet nullibi copiosiores cupiditati sue opportunas merces prostare , quam in publicis Dei solemnitatibus. Hinc multos videas , nihil magis sollicitos ambire , & captare , quam ut unam aliquam nanciscantur , cui concessâ dexterâ officiosè succollantes , in labore scilicet itineris eam adjuvent : quorum si plura paria occurrant , ad saltum ornino , & choreas deduci amasias , ex rot suspicaberis inclinationibus , ad geniculationibus , arrisionibus , que omnia necessitatem & purum virtuosæ urbanitatis studium (quam nullatenus improbatam volumus) procul ab hoc officio abesse declarant . O nefarios & propudiosos lenones ! O homines sub Christiana larva pernatos gentiles , nihil nisi terram & sæculum sapientes !

Supplicationes à supplicando dictæ , eò primitus institutæ sunt , ut si ad privatas fideliūm preces obsurdescens Numen , misericordias suas contineat , ut non placetur populo suo , omnes universim manufactâ in ordines suos & manipulos , veluti castrorum acies ordinata , distributi procedant , & communi clamore Deo vim facientes , Cœlum violenti , conatu ultimo expugnant . Verum si ipse hic supplicantium exercitus in rebellionem exciteatur , & pro violentia , quam Cœlo perrum-
pen-

pendo inferre debuerat, illud impietate suâ concludere pergit, quæ tandem spes evin- cendæ supererit, Divinæ Nemesis? Nullum efficacius usquam habitum est ad misericor- diam Deo extorquendum medium, quæ publicarum ejusmodi supplicationum, quæ proinde in ultimis Ecclesiæ, vel Reipublicæ necessitatibus, omnibus aliis remedii despe- ratis potissimum adhiberi solent. Sic Ro- mæ à S. Gregorio Magno instituta Processio cum Litania Anno Domini 590 pestem atro- cissimam momento sustulit. Et Constanti- nopolis à Proculo Episcopo sub annum 36. Imperii Theodosij habita, exitialem terræ motum stitit. Ac denique Romæ sub Pio V. cum imagine Beatissimæ Virginis solenni- ter ducta, ingentem de Turcis Victoriam, eo- dem die Joanni de Austria (unde MARIAE de Victoria diei festum nomen impositum) peperit. Quid obsidiones solutas, & hostes à mœnibus depulsos memorem? Celebris hoc in genere, & memoratu dignissima est Processio cum venerabili Sacramento à S. Clara in Saracenos ducta. Cùm enim hi oc- cupato Assisio, Monasterij sui muros jam tran- scenderent, convocatis ipsa sororibus omni- bus, prælatâ sacratissimâ hostiâ, obviam illis processit, ac veluti fulmine ictos omnes è muris.

muris dejecit, & indemni Claustro relicto,
abscedere coëgit. Sed neque tempestatibus
sedandis, impetranda tranquillitati aut plu-
viæ, concilianda serenitati, aliud efficacius
suppetere deprecationis genus ostendit e-
xemplum in historiis Indicis à P. Maffejo re-
latum. Cùm enim gubernaturus pro Lusita-
no subjectas ipsi Indias cum classe eò navi-
garet Prorex, ad eò fœdâ tempestate in medio
cursu interceptus est, ut pereundum omni-
bus nemo non videret, nisi cœlitus, unde so-
lùm remedium expectari poterat, opis ali-
quid afferretur. Omnibus igitur ad preces &
vota conversis, cùm tempestas nihilominus
furere pergeret, ultimam Deo vim facturus
Gubernator, supplicationem è solo puer-
rum & innocentium agmine undique è na-
vigo in unum collecto instituit, quorum
nonnullos manibus ipse suis prehensoris sub-
limè Cœlum versus extulit, innocentiam
eorum Numinis irato veluti objectans, & ob-
gratiam saltèm eorum, qui necdum scirent
quid sit inter dextram, & sinistram suam, mi-
serando navigo parci postulans. Nec fru-
stranea fuit tenellæ ætatis supplicatio; mo-
mento enim tempestas remittere, venti sub-
fidere, mare detumescere, Cœlum serenari,
salus & vita omnibus redire. Sed numquid sup-

Supplicationibus his movebitur ad ignoscendum, & miserendum Deus, si pro oratione confabulationes, pro religiositate dissolutione, pro pietate indebetio, pro placatione nova peccata ad illas afferantur?

Celeberrima propterea, si ulla præterea fuit illa Josue 6. ab ipso Deo instituta, & à Josue pro expugnatione Urbis Jericho diebus septem circa muros ejus duci præcepta Processio, in qua Sacerdotes tulerunt Arcam Domini, Et septem ex eis septem buccinas, quarum in Iubileio usus est, præcedebantq; Arcam Domini ambulantes atq; clangentes, Et armatus populus ibat ante eos, Vulgo autem reliquum sequebatur Arcam, Et buccinis personabat. Cujus tam mirabilis pompa penderans vim & eventum S. Chrysostomus in Ps. 43. Quomodo scilicet in septimo circuitu omnes mari illico corruerint, non eis, inquit, opis fuit armis, sed vel ipso solo clamore lirbes caperunt: Et cum Iordanem transibissent, primam Urbem qua eis occurruit Jericho, psalmum potius quam bellatum rite deruerunt. Armatis enim non eanquam ad pugnam, sed ianquam ad concionem festumq; egressi sunt, ornatos potius gratia, quam ut eunesores essent, armis instruti. Et Sacri Vestibus induiti, Et habentes Levitas qui contra præcepdebant, muros cinnerunt. Et videri poterat

Cap. XII. Impietas in
spectaculum admirabile, & penè incredibile,
eot millia exercitus certo ordine & numero
incedentia in silencio summo, honestèq[ue] ac de-
corè, perinde ac si nullus adesset, cum illo tu-
barum concentus & modulatione omnia recte
gessisse. Erubescant qui tumultuantur in Ec-
clesia. Si enim ubi tuba resonabant, tam pul-
cher erat ordo, & tanta moderatio: Ubi Dem
ipse loquuntur, quamnam veniam sequentur,
qui propter suos tumultus impediunt, nè, que
dicuntur, exaudiantur? Silentium nimium
& religiosissimè ad præceptum Josue, per b.
dies ab omnibus servata taciturnitas, Sup-
plicationibus illis vim tantam impressit, ut
ad primum deinde sublatum à populo cla-
morem, universæ munitiones Urbis, veluti
à multiplici tonitu aut terræ motu concul-
sæ, non tam corruerint, quam disfluxerint.
Non clamabis, monitum fuit Josue, ad o-
mnē multitudinem, nec audietur vox vestra;
neq[ue] ullus sermo ex ore vestro egredietur, donec
veniat dies in quo dicam vobis, clamate &
 vociferamini. O si Religiositas hæc, si de-
votion, si taciturnitatis studium, in Supplica-
tionibus nostris, non jam coram Arca, sed
coram ipso Arcæ Domino, vigeret! ut dici
de singulis posset illud Evangelicum Matt. 12.
Non contendet, nec clamabit, nec audiet ali-
quam in plateis, per quas ducitur supplicatio,

Vocem

Vocem ejus, sed tota ejus occupatio erit, mentis & actuum omnium, per jugem orationem ad Deum elevatio; tum omnino major efficacia, vis & energia Processionibus nostris inesset; sperandumque foret, placatum Supplicationibus nostris Deum, omnia mala procul à nobis amandaturum! Unde ostensurus Dominus, qualiter has institui vellet, ut optatum sortirentur effectum, postquam Joëlis 2. indixisset: *Canite tubâ, vocare cætum, congregare populum, coadunato senes, congregare parvulos & fugientes ubera unicam hanc & solam omnibus præscripsit occupationem: & dicent, parce Domine, parce populo tuo.* Hac via Deo grata est, inquit Tertullianus, & ad molliendum Deum, sive depellenda sit siccitas, sive advocanda serenitas, sive abigenda lues, efficacissima.

Et dolendum profectò, sanguineisque lacrymis deplorandum est, pietatem moderni sæculi longè à gentilibus in hoc genere superati. De quorum nudipedalibus Supplicationibus, cum jejuno ad stellarum usque exortum continuatis, aliisque superstitionis observationibus loquens Tertullianus lib. 1. de jejuno c. 16. *Cum stupet Cælum, & areæ annus, Nudipedalia denunciantur: Magistras purpuras ponunt, fasces retro afferunt,*

Cap. XII. Inpietas in
precem indigitant, hostiam instaurant. Apud
quosdam vero colonias præterea annuo ritu
sacris velati, & cinere conspersi, idolis suis in-
cidiam supplicem obijciunt. Balnea & Taber-
ne in nonam usq[ue] clauduntur: unus in publico
ignis apud aras: aqua nec in lancibus. Nin-
dicarum credo justitium. Iudicium certe je-
junium ubiq[ue] celebratur, cum omissis Templis
per omne litteris, quoq[ue] in aperto aliquando
precem ad Cælum mittunt: Et licet cultu &
ornatu mæroris munus infament, tamen si-
dem abstinentia affectant, & stelle autorita-
tem deborantis suspirant. Quanquam nec
inter Christianos singularis inter Processio-
nes pietatis ullo sœculo defecere exempla.
Præbuit id insigni ædificatione S. Carolus
Borromæus, & longè anteriùs Stephanus
Papa III. in Processione nudipes ipse cum u-
niversa plebe, quando imminebat Urbi Hi-
stulphus Longobardus, incedens, ut scribit
Nastasius in Stephano. Idē facere solitū in Pro-
cessione Rogationum Ludovicum Regem Ca-
roli Crassi Patrem, scribit Anonymus lib. 2.
de Caroli M. rebus. S. Elisabetham Landgra-
viam Thuringiæ, lancis indutam, nudipedem
sequi solitā esse diebus Rogationum Proces-
sionē habetur in ejus actis apud Suriū. Et nisi
infirmitas obstiterit, omnes ex Patrum insi-
tutione debere eas Processiones obire di-
scal.

scalceatos, & cinere conspersos, ac cilicio
indutos, dicitur in Concil. Mogunt. sub Ca-
rolo Magno. Quanquam S. Otho Bam-
bergensis Episcopus etiam podagricus, cum
in Ecclesiam & urbem suam intraret, in so-
lenni Processione, non obstante summo fri-
gore (dies enim erat Purificationi Dei Ma-
tris Sacer) tamen nudipes processit. Cui
postmodum in Poloniā Evangelii causā
progresso, Processione institutā occurrit
cum omnibus Optimatibus Dux Poloniz, o-
mnes similiter nudipedes, per ducentos pas-
sus, ut habent acta S. Antistitis. Nec mi-
norem in Processione Corporis Christi fer-
vorem praetulit Carolus V. qui eam so-
lemnissimè Anno 1510. Auguste Vindelico-
rum institui jubens, aperto temper capire, li-
cet sol esset ardentissimus, celebravit; &
protestantes Principes eidem interesse de-
trectantes, mox sequenti die Urbe se prori-
pere, nisi aliud sui suassissent, decreturus fuit,
ut refert Surius in comment. rerum in Orbe
gest. Parentem imitatus Philippus II. Hispa-
niarum & Indiarum Rex potentissimus, Eu-
charistiam revelato semper capite, nullum
conopæum admittens, comitari consuevit.
Quod cum aliquando Cordubæ intolerabili
solis æstu continuaret, monenti cuiquam à
Grandibus, ætium vitaret, & à sole tantisper

saltēm deflecteret , reposuit : Ita die sol ne-
minem ladere potest , Petrus Massejus in hist.
Gallica . Nec his inferior sacratissimæ me-
moriaræ Ferdinandus II. recurrente tempore,
quo Ecclesia octo integros dies Eucharistie
calendæ ornandæ quo attribuit , nunquam i
Supplicationibus absfuit , pedes , nudo sem-
per capite , solâ floreâ redimitus coronâ, fa-
cem dextrâ præferens , quotannis Deo suo
triumphantî itâ famulari solitus . Accidit a
liquando , ut diutius gestatâ face brachium
manûsque intumuerit , sublecutâ nihilomi-
nus die supplicationi alteri interesse cùm
vellet , maléq; affectum brachium è collo su-
spensum haberet , è Proceribus aliquis Ce-
sari à face ferenda eâ die cessandum asseruit
at ipse : Superest adhuc , inquit , manus alte-
ra , quâ Deo serviam . Guil. Lamormaini
in Vita Ferd. c. 4.

Proh quantum ab hac discedunt pietate,
quos non pudet incestare Processionem (quæ
utique Religiosa actio est) vanis & sacerulari-
bus , nihilque ad Deum attinentibus confa-
bulationibus . Et quid vanis dicam ? spur-
cis plerumque & illecebrosis , & de argumen-
to ut plurimum peccaminoso , detractorio,
infamatorio , quo gesta & acta absentium,
gestus & pietas præsentium , tanquam ludi-
era , scrupulosa , superstitionis , traducuntur ,
dila-

dilacerantur! Hocne Christianum est? hōcne Catholicum? Meminerint hi tales, quid evenerit Oz̄e in prima Processione traducta à David in domum Obededom Arcæ Domini. 2. Reg. 6. Iratus est indignatione Domino contra Oz̄am, & percussit eum super temeritate. Quantum autem temeritas superatur à vani, spurciloquio? qui mortui est ibi iuxta Arcam Dei. Recogitent similiter quid acciderit petulanti Michol, religiosissimam Davidis, usque ad exinanitionem Majestatis Regiae pietatem, quā Dei Arcam iam alterā supplicatione in Arcem Sion cum universo populo deducebat, irridenti. 2. Reg. 6. & despiciēti eum in corde suo 1. Paral. 15. Igitur Michol Estia Saul non est natus Filius, usq; in diem mortis suo. Quādū religiosior in hoc easu fuit piissimus Rex David, qui institutis fæpius celeberrimis Supplicationibus cum Arca Dei 2. Reg. cap. 5. & iterum c. 6. posito omni respectu humano, ludebat cum universo Israel coram Deo omni virtute, in canticis, & cithara, & psalteriis, & tympanis, & cymbalis & tubis. Imò & ad falsum conjugis suæ sarcasmum, quasi eā demissione & religiositate (quām scurrilitatis compellatione dehonesta illa non verebatur) Majestatem Regiam dedecorâset, respondit, & ludam, & vilesor siam plus quām factus

Cap. XII. Impietas in
factus sum, & ero humilis in oculis meis. Quo
suo facto vehementer redarguit & compressit
Politiorum nostrorum fastum, qui in super-
bissimo habitu, dignitatem & nobilitatem
suam in Supplicationibus ostentant, & in-
conditâ famulorum turbâ, solâ scurritate,
petulantia, procaciâ, nugacitate conspicuo-
rum, Processionem turbant magis quam or-
nant: eò ferè fine comparentes, ut ambitio-
sâ honoratioris loci captatione, pompam
ad Solius Dei gloriæ incrementum insti-
tam, in tumoris & ostentationis sui theatrum
convertant. Alius profectò fuit piorum o-
lim in Processionibus cultus, quorum pluri-
quis cilicis amicti, & cinere conspersi capi-
ta, ut Cæsar Augustani à Childeberto obles-
si apud Gregor. Turon. lib. 3. Hist. Franc. c.
29. & Christiani Hierosolymitani apud Guib.
Tyrium lib. 8. c. 11. & 21. processisse legun-
tur. Quia & Theodosium seniorem, Impe-
ratorem Orientis, moturum in hostes, pro-
cessisse cum Sacerdotibus, & populo per o-
mnia orationum loca, cilicio horrentem,
scribit Rufinus lib. 2. Hist. cap. 33. Quem
imitatus Theodosius junior, Processionibus
interesse solebat privato habitu, & deposito
Imperiorio cultu, ut testatur Socrates l. 7.
c. 23. & alii passim.

Quid ergo jam iis facias, qui etiam tribu-

nalia litibus motis, ob creptam sibi præcedentiam, strepere faciunt? qui in ipso Supplicantium processu, circum ipsum SS. Eucharistiae ferulum, in obsequio ipsimet Deo Eucharistico præstando, de præcessione concertant? ob violatum jus prægrediendi, tantum non arma stringunt, pugnos ingerunt? tantum potest cæcus ambitionum impetus & furor, in re sacratissima prorsus gentilis! At qui eum qui Crucem humilis Christi Vexillum, loco omnium postremo, inter pueros, in capite Processionis prælatam sequitur, & hoc ipso contellator amulatorem esse velle gressum humiliis Christi, sola hæc cogitatio ab omni ambitu procul dimovere, & ad superbiæ expectorationem sufficere debet. Nunquam profectò eo vanitatis exotici hi Catholici delaberentur, si fidei oculis infinitam Dei Majestatem, & præsentes Angelos intuerentur. Neque enim solus adesse credendus est Sacerdos, sed & supernæ Virtutes, atq; Angelica comitantur Potestates, à quibus Sacerdotem in deferenda S. Hostia, manibus suis ad illius conjunctis, adiuvari, vidit in festo Theophoniae S. Veronica Virgo apud Bollandum Ipse quin adeò Christus in Sacerdotis persona seipsum deferens contendus est, idque tanto magis quanto Eucharistia præ Arca fœderis augustioris cit sancti-

G 5, tatis

tatis, in qua tamē gestanda Levitas dicitur adjuvisse ipse Deus i. Paralip. 15. Cūmq; adiūtus esset Deus Levitas, qui portabans Arcam fæderis Domini. Ecce Deus ipse in augenda & condecoranda Processione laborat, imo & prodigiis, ut debita cum pompa, & solemnitate peragatur, quando naturalia non suppetunt media, succurrit, quam impii profanatores isti conspurcant & perturbant. Scribit enim Franciscus Gonzaga de Orig. Seraph. Religionis par. 3. cūm aliquando Guardianus Franciscani Conventūs S. Barbaræ Castellonii Processionem Corporis Christi per Claustrum tantum fieri pro more decrevisset, cogereturque à devoto populo in Urbem progredi, totāmq; cum Sanctissimo Sacramento obire, ita Dominum ex quādam animi simplicitate affatum esse: Sanctissime Domine, Processio quidem juxta populi votum fieri, sed quicquid ceræ solvendū n̄ fuerit, tu eris solvendo. Mira res! ex 24. facibus quæ per quatuor & amplius horas arserunt, nihil penitus imminutum, & flamma depastum fuit.

Aliud exemplum, cum terribili Processionis sanctitati insultantis pœna conjunctum refert Thomas Walsinghamus apud Raynaldum in Annal. Eccles. Tom. 17. ad annum Christi 1389. sequentibus verbis. Cantabrigia

giæ in festo commemorationis S. Pauli occurrerat & festum dedicationis S. Mariæ ibidem, ad quod festum amplius honorandum in Processione per Parochiam defererebatur. Corpus Dominicum super duos humeros Sacerdotum in feretro non ponderoso, sed tam levi, ut à septuaginta pueris sine vexatione portari tota machina potuisset. Procedebant igitur, & præcedebant dicti Presbyteri supportantes Corpus Domini per dictam villam, donec venirent ante locum Fratrum Augustiniensium. Ulbi repente feretrum, quod æqualiter utriusque humeris incumbebat, se subrigens, nitebatur quasi quadam virtute impenetrabili ab eorum humeris resilire, efficiebaturque adeò ponderosum, ut Sacerdotes vix, neque possent sufferre tantum pondus, neque ad feretri fines humeros iterum detrahere & applicare. Torquentur proinde, sudant, & anhelant, præ labore nimio laicorum auxilium flagitantes. Succurrunt Laici, manus supponunt, sed quod mirabile fuit, nihil ponderis persenserunt: cùmque pertransissent omnem loci situm dictorum Fratrum, feretrum iterum repente super illorum humeros æqualiter requievit. Sed tunc quidam inéptus, & verè miser, in-composito motu corporis cœpit saltare, sive tripudiare coram Eucharistia: quem in con-

tinua-

150 Cap. XIII. Bruta & Pecudes
tioenter apprehendit terribilis valde vindicta.
Etas; nam inter jocandum repente corruit, &
post posillum spiritum exhalavit. Ex iesem-
plo autem subsecuta est magna & formida-
bilis pestilentia, quâ homines sospites cor-
repti mentis phrenesi subito moriebatur, sine
Viatico, sine tensu. Qui Apostoli verba
(ideo inter hos multi infirmi & imbecilles, &
dormiunt multos) perpende rit, percussoe hoc
Flagello Anglos adverteret ob contemptam Sa-
cram Eucharistiam. Sed nimurum hodie ex
oculatis nostris ad cœlestia contuenda, & ad
sola terrena centoculis Argis, somnia sunt
hæc & delusoria phantasmata. Ad brutis
igitur abeant pecudes, & ab iis, quam Crea-
tori in Eucharistia processionaliter circum-
lato reverentiam debent, & humilitatem, e-
discant. Canem ego iis propono in Ma-
gistrum, & in dirigenda processione Cer-
emoniarium, qui eos genua Salvatori inse-
tere, debitum in Supplicatione ordinem te-
nere, modestiam & taciturnitatem servare
doceat, & si nolint, dentibus & morsu ad
officium compellat.

CAPUT XIII.

*Bruta & Pecudes in Christi Sacra
Christianis religiosiores.*

U[er] Miru-